



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

3. An Indulgentia debeat habere causam publicam? Et quid sentiendum  
est de Calculis, & Imaginibus cum Indulgentia plenaria? Ex part. 10. t. 11.  
& Misc. 1. r. 53.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

epibus propositis plus vel efficacius Indulgencias consequatur, id est, si ad totam Indulgenciam non perueniat; partem tamen correspondentem operi consequetur, ob elacionem eius singulari virtute Clauis Ecclesiae factam. Quinimo, iudicat Angelus verb. *Indulgencia, nam s. quod si Donans det Indulgenciam ultra suam auctoritatem, pono ego & ultra causam eti censeatur, rescindi in iudicio Dei Indulgencia quoad excessum quantitatis, quo Indulgencia auctoritatem vel causam, excedit, non tamen quod id, quod intra limites potestatis & causae continetur: Ita ut semper aliqua Indulgencia inter terminos discretæ dispensationis lucranda remaneat coram Deo. Nec hoc cum aliena pietate probabilitate caret. Quod iudicio prudentis Censoris relinquuntur. Hucusque Marchant.*

5. Nota tamen hic primo, optimè docuisse Cardinalem Lugo de Sacram. Pœnit. disputat. 27. sect. 6. num. 86. non semper exigi opus pium ad lucrandam Indulgenciam pro viuis; nam causa iusta, quæ ad dispensationem requiritur, non alligatur ad solum opus pium faciendum, cum possit esse iusta causa ex titulo gratitudinis, remunerationis, solatij, medicinae. Idem dicendum, est cum Coninch de Sacr. d. 1. dub. 6. n. 34. non dissentire a vera doctrina, quod videlicet possit Pontifex alicui de Ecclesia bene merito impetrare sine intentione illius operis Indulgenciam, eo fine, ut alios ad similia merita excet.

6. Et tandem Gobat, vbi suprà, num. 103. Ex Lugo, Tannero, & Suarez, obseruat quod probabile est valere Indulgenciam, *cetera causa, ob quam data fuit, non sit omnino sufficiens, modo Pontifex prudenter censat esse sufficientem. Et ne desras videre Reginaldum, tom. 1. lib. 7. cap. 12. num. 132. vbi egregie, & benignè perraerat de causa Indulgenciarum.*

### R E S O L . III.

*An Indulgencia debet habere causam publicam? Et quia sentiendum est de Calculis & Imaginibus cum Indulgencia plenaria; Ex part. 10. tract. II. & Misc. 1. Rel. 53.*

§. I. **A**d hanc sic responderet Sotus in 4. tom. 1. *Ad diff. 21. quæst. 1. artic. 2. vbi ait: Enim vero vbi error non est manifestus, licet in veritate possit causa non esse legitima, debetur tamen hic honor auctoritati Pontificis, ut sit presumenda legitimata: atque ad eum non est decens, contra huiusmodi Indulgencias obmurmurare. Secus, si talis error esset manifestus; tuus enim potius est religionis officium, veritatem docere. Nostris enim temporibus, usque adeo priorum clementia erga animas, quæ in Purgatorio cruciantur, succurrit, ut importunit supplicationibus a Summo Pontifice concessio fuerit exorta, ut qui tangendo quandam benedictionem calculum, Ave Maria, vel Pater noster, recitaret, animam inde quantumcumque tempore cruciari deberet, eriperet, ut protinus libera eulocaret. Hanc ergo non dicam plam fraudem, quia Hæreticorum verbum est; sed tamen circa Religionis iniuria posset hoc populo dissuaderi. Primum, quia hic nulla interest causa pia in omninem vulitatem Ecclesiae: nam pius affectus in Defunctos non reputatur causa, ut diximus. Illa enim ratione Deus per se animas omnes liberarer. Secundo, quia neque ex parte facientis quod Indulgencia iubet, aliquid praefatur, quod ad tam ingentem effectum ullius sit momenti. Quid enim refert dicere Pater noster, ut anima a tam immodicis tormentis eruatur? Profectò dñe crudelitatis argueretur Deus, si anima tribus annis*

tam atrociter contorqueret, cuius tamen liberatio ex uno Pater noster penderet & calculi tactu. Praeterea quod Papa non potest Defunctoris Indulgencias conferre per modum absolutionis, ut Viuis, sed per modum suffragij. Et ideo mirabile est, quod per unum Pater noster thesaurus Ecclesiae tam insignis effectus applicatur. Præterquam quod illa oratio ut plurimum dicitur ab iis, qui sunt in peccato mortali, quæ id est apud Deum nullius valoris est: concedit Papa quantum concedere potuit; sed non est credendum, credidisse suam concessionem tantu esse, quanti supplicantes valere putabant. Atqui, si sub hac populari opinione nihil aliud documentum lateret, quām quod fortè populum fallit; nullum esset periculum, illam relinqueret propter imaginem religionis, quam habet. Sed tamen illi, qui illam crederent, metum Purgatorij radicitus euillerent. Id enim, quod præter inermum homines à peccato arceret, est Purgatorium, & tamen si tam facile evaderetur; nullum posset ingenere metum. Hucusque Sotus.

2. Sed merito aduersus illum insurgit Henrique, lib. 7. cap. 14. num. 3. sic assertens: Quare carpendus non est, sed probandus frequens usus Sanctorum, & prudentissimorum Pontificum, qui pro facilis, ut videtur, causa (ut habent calculos, seu globulos) a papæ benedictis pro paruo opere, brevi oratione, & laus dispositione Recipientis concedit Secularibus magnam Indulgenciam: aut per Privilegium, quod dicitur mare magnum, Religiosis, aut Principibus, Indulgenciam plenariam, aut liberationem animæ a Purgatorio. At aiunt quidam, non esse inconveniens admittere errorem facti in Papa. Quod falsum est, quia res haec non apud unum aut alterum male dispensatum versatur; sed in toto Ecclesia Fidelium, qui pie credunt, se consequi effectum Indulgencia. Et ut parua attritionis dispositio, dum adiungitur Sacramento, est idonea, ut impio virtute Christi, & clauis remittatur poena eterna cum calculo benedicto parva oratio esse potest iusto digna dispositio, ob quam per claves Papa ex causa condonet penam temporalem, etiam ingentem. Ita ille.

3. Nec deferam hic apponere verba Villalobos, tom. 1. tract. 26. diff. 8. num. 5. aduersus Sotum etiam insurgentem: A imitatione desto (ait) pieno que lo hacen los Sumos Pontifices, quando conceden las Indulgencias de las cuentas benditas (diga Soto lo que quisiere) porque referido esto apremiará a los que han sido benemeritos de la Iglesia, (queales siquiera los Príncipes, a cuya instancia se conceden) es causa bastante para que por esta vía se animen otros a favorecer la Iglesia. Y así dice bien Cordova, que no ay causa tan pequeña, que referida a otra cosa no pueda ser grande, y bastante para conceder Indulgencias. Confirmado esto con la autoridad de los Sumos Pontifices, que por visitar tal, o tal Iglesia, o por visitar con devoción esta, o aquella Imagen, o por rezar en Pater noster, y una Ave María, conceden Indulgencias, y a veces grandes; cuya autoridad huésta de bastar, si bien lo mirara Soto; porque quando non constare claramente lo contrario, bafe de presumir que la causa que el Pontifice señala, es suficiente, como dice Cordova, y la comun, y lo concede el mismo Soto. Porque si la sentencia del Juez se presume justa, y razonable, mientras no consta manifestamente de lo contrario según derecho, mucho mejor en las dispensaciones, que haze el Pontifice. Y así no habló Soto, como era razón, en las cuentas benditas, que sera la causa grande, por lo que queda dicha, y no declara siempre el Papa la causa que tiene, y ella la presunción por el, moyormente siendo visto canonario en la Iglesia, que no ay algun Sumo Pontifice que

que no las conceda, y las ha concedido N. S. Papa Paulo V. con auctor reformado otras muchas Indulgencias. Dicendum est igitur, reperiri iustum causam in concessione Indulgientiarum dictorum calculorum, & imaginum; Quia non conceditur intuitu solam illius genit, vel imaginis, sed principaliter in cultum aliquis Sancti, vel ob aliquam necessitatem, vel ob merita egregia alicuius Principis Christiani erga Ecclesiam. Deinde, quia ipsum etiam granum multum conducit ad pietatem; quia conseruando, & venerando illud, eò ipso profiteatur, & veneramur auctoritatem Summi Pontificis, à quo mediat, vel immediate granum illud fuit beneficium. Itaque sufficit, vt Indulgencia mediate tantum redundet in bonum communem, mediante primitivo bono singularis Personae, modò in ea causa inducetur sufficiens. Cum etiam bonum persona particularis pectet ad bonum commune, quod ex particularibus coalesceat. Licit igitur Indulgencia, que per Jubilatum concedi solet toti Ecclesiae, vel alicui Rego, aut Provincia, postulat causam communem, & viuusalem, Indulgencia proportionata; Indulgencia tamen, quae conceditur priuarie persona, non requirit causam communem, sed sufficit priua persona proportionata. Et ita nostram sententiam tener Leandrus de Sacrament. tom. 1. tractat. §. disputa. 14. questione 33. qui citat Cardinalem de Lugo, Nauarrum, Cordubam, Medinam, Granadum, & Suarez.

4. Ad rationem Sotii, quod thesaurus communis, quis est Indulgientiarum, non nisi propter communem bonum valide dispensari potest; Respondere, negando antecedens, nam, vt rectè docet Amicus in Conf. 1. lib. 8. disputat. 20. scđt. 9. num. 278. etiam ex thesauro communis prouideri potest priuatis necessitatibus personarum quatenus sunt membra communica. Neque facienda est vis in similitudine thesauri temporalis, cuius bona sepe dispensari non possunt, nisi ob publicas causas; quoniam hæc bona subsumunt potestat Republicæ quæ sub hac conditione vult, ut illa distribuantur. Thesaurus autem Indulgientiarum immediatè subest potestati Summi Pontificis, qui illam à Christo dispensandam accepit, non solum pro toto corpore, sed etiam pro singulis membris Ecclesiae.

## RESOL. IV.

An Indulgencia applicari possit Medallis, & Imaginibus  
B. Cæteri, B. Andrea & B. Francisci Borgie, &c. Ex  
p. 10. tr. 16. & Msc. 6. Rcf. 8.

Afirmatiu respondet P. Gobat in Thesauro Indulgientiarum, part. 2. cap. 12. quæst. 28. numero 367. vbi sic ait: Dico mihi non improbable videlicet quod per Imagines Sanctorum intelligantur Imagines illorum etiam, qui sunt dumtaxat Beatificari. Ratio est, quia isti sunt propriæ Sancti, etiam testimoniis Ecclesiæ; nam & Martyres Iapones, quos Vrbanus VII. in numerum Beatorum retulit, vocat ipsius Urbani Sanctos Martyres; & Beatificatio à Canonizatione tantum in hoc differt, quod per Canonizationem præcipiatur omnibus fidelibus, ut illum, qui canonizatur, habeant pro verè Sancto, per Beatificationem vero declaretur, illum qui beatificatur, merito ab omnibus Fidelibus, pro verè Sancto Barberi, & coli posse, ut reliquias inter docet Ferdinandus de Castro Palao, tract. 4. disput. 1. p. 5. §. 5. vbi inimper adit, posse quemlibet Beatificatum coli à quibus vñis locorum, recitatione Horarum, Procesionibus, & Missæ Sacrificio. At Ego pace huius eru-

ditissimi viti, inspectis Bullis diversarum Beatificationum, vt ita loquar, iudico hanc additionem non esse veram, testaturque Gauantus part. 2. tit. 10. à Congregatione Rituum esse contrarium definitum. Hocusque Gobat, qui nullum Auctorem pro sua sententia adducit. Ego vero in eius gratiam ut potest viri amicissimi adducam alium Doctorem ex eadem Societate, & is est Pater Amicus in Cursu Theologico, tom. 8. disp. 20. scđt. 5. num. 92. sic afferens: Alio modo potest talis Indulgencia concedi, vt applicanda ab ipso met, cui Indulgencia conceditur. Et tunc caudendum est ne talis Indulgencia applicetur Imaginibus, vel numismatis, quæ Sanctos, vel saltem Beatos non expriment. Ratio, quia mens concedentis est, vt per huiusmodi Indulgenciam colantur Sancti, vel Beati in huiusmodi Imaginibus, & numismatis expressi. Dixi vel saltem Beatos; quia nisi hi expresæ in ipsa confessione prohibeantur, intelliguntur comprehendendi sub imaginibus, & numismatis; quibus applicari solet Indulgencia: præsertim si illi sint Apostolico Breui declarati: feci & nondum sint ab Apostolica Sede declarati, sed tantum fama, & voce populi; quia nunc sicut Sancti, ita & Beati non declarantur, nisi iuridica Sedis Apostolicæ sententia. Ita Amicus.

2. Sed vt verum fatear, non video praxim Romanæ Curie applicare Indulgencias, nisi Medallis, Sanctorum Canonizatorum, & si aliquando applicat Medallis Beatorum, in altera parte Medallie extat Imago alicuius Sancti, vel Christi Crucis, aut B. Virginis: & idem Summus Pontifex non solet concedere Indulgencias his, qui non sunt Sancti Canonizati. Ex his autem appetat à fortiori me recte olim respondisse Patri D. Francisc. Boltioto, aliquem non posse applicare Indulgenciam Medallie, seu Imagini nostri Cardinalis D. Pauli Arcij, D. Francisci Olympij, D. Iosephi Caraccioli, & aliorum: vnde dixit Gobat vbi saprà num. 368. non valituras Indulgencias quæ applicarentur Imaginibus Sanctissimæ memorie virotum Ludouici Gratianus, Petri Canisij, &c.

## RESOL. V.

An concessio Indulgientiarum per modum Jubilei habeat annexam facultatem eligendi Confessarium? Et an Episcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgenciam morientibus, cum hoc tamen, vt interdum id faciat per se ipsum, alias potens talem facultatem subdelegare tempore noctis possit sic delegare, si interdiu vocatur ad morientem, & tunc nolit, aut non possit per se id facere, facta tamen subdelegatione pro tempore noctis?

Et censim, & obiter docetur lucrari distributiones illum, qui in vtilitate Ecclesia abest a Choro & si extra tempus chori possit expedire negotia Ecclesie. Ex p. 10. tr. 16. & Msc. 6. Rcf. 5.

§. 1. A firmatiu respondet Pater Psqualigus de Jubile, quæst. 178. num. 7. vbi sic ait: Ex dictis colligitur contra Suarez disp. 7. de Censur. scđt. 5. num. 9. Duardum in Bullam Cane. lib. 3. §. 1. questione 1. numero 14. Lauorium, part. 2. de Jubile, cap. 7. num. 78. In concessione indulgentiarum per modum Jubilei concedi etiam facultatem eligendi Confessarium cum facultate absolvendi a resuatis, vt docent communiter & in specie citati num. 2. Bossius scđt. 1. de Jubile, casu 16. num. 2. Henriquez lib. 2. Summ. cap. 9. num. 4. Homobonus, part. 2. Examin. Eccles. tract. 11. quæst. 3. suppositio 4. Communiter enim assignant hanc differentiam inter Jubileum, & plenariam Indulgenciam, quod illud